

Wahrheit zu besseren begehret, den Trost der Absolution aus dem heiligen Evangelio. Der allmächtige Gott ꝛ. imo novimus, nuper demum beate defunctum Abbatem, Oechslium, cuius memoria in sempiterna benedictione perennabit, cum Ministrum Ecclesiae collegiatae Stuttgardianae ageret, ne vel formula declarativa in abusum trahatur, cum insigni plurimorum approbatione & fructu, publice, per longum tempus nemine contradicente, hæc circiter verba superaddidisse: ich verkündige euch, in der Ordnung der Buße und des Glaubens, die Vergebung, ꝛ.

§. VI.

Denique in multis Ecclesiis Evangelicis Absolutioni publicæ, in aliquibus etiam privatæ, sive collative, sive declarative conceptæ, subiungitur cautela quædam & Exclusio impiorum, cuius Formula in Ord. Eccl. Saxo-Coburgensi hæc est: Dargegen aber sage ich allen Unbußfertigen, Unglaubigen, Sichern Gottes und seines Wortes und der hochheiligen Sacramenten Verächtern, aus Gottes Wort und im Nahmen Jesu Christi, daß Gott ihnen ihre Sünde vorbehalten hat, und gewißlich zeitlich und ewig straffen wird, wosern sie nicht in der Gnaden-Zeit ablassen und Buße thun, welche Buße wir ihnen von Herzen wünschen.

In multis subiungitur Exclusio impiorum ab Absolutione.

§. VII.

Iam, cum nemo non Theologorum Evangelicorum Ecclesias Pomeranicas, Würtembergicas, Saxo-Coburgenses, Noribergenses, &c. in Corpore pro puris atque orthodoxis habuerit hætenus; cum porro nullis Facultatibus Theologicis competat Ius, Ecclesias pro puris atque orthodoxis per universam Ecclesiam Evangelicam reputatas, pro erroneæ doctrinæ addictis declarare; cum denique ex præcedentibus appareat, non eandem circa Formulam Absolu-

Ergo Doctrinæ erroneæ argui nequit, qui Formula declarativa vel conditionata utitur.

B b b

tionis